Actum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Dominicam invocavit quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo nono.

Zalewski Radziszewo Sieńcuch Demissio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Felicis Lipieński in Radziszewo Sieńcuch ... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Simoni olim Alberti Zalewski de Zale haeredi et eius legitimis successoribus obligationem terrae immobilis in bonis Radziszewo Sieńcuch sitam sibi recognoscenti per Nobilem Mathiam olim Iosephi Zalewski in septem sexagenis Polon. coram actis autenticis inscriptam accepta sufficienti satisfactione. Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis parata intromissione, tuitione, evictione ligamentis in originali inscriptione contentis demittit. Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius et ipsius successorum plenarie transfert et transfundit. Intromissionem illi officiose exnunc acceptandam dat et admittit. Salva seminatura hyemali sibi praecustodita.

Smurło Cessio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Adamus olim Adami Smurło sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Francisco olim Jacobi Smurło et eius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione certa super bona Smurły sibi recognoscenti per Nobilem Mathiam olim Nicolai Zimnoch de Smurły ibidem coram actis ... Branscen. feria secunda post Dominicam oculi quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo modo donationis facta et recognita. Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione, tuitione, evictione et ligamentis in originali inscriptione contentis cumque omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, attinentiis et pertinentiis nullis exceptis, accepta sufficienti satisfactione cedit et de bonis exnunc condescendit. Omneque et integrum iuris sui beneficium sibi ad praemissa serviens in personam eius et successorum ipsius plenarie et ex integro transfert et transfundit. Intromissionem illi realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem officiose ac... tandam et admittendam personali sua recognitione in praemissis mediante.

Harbaszewskies Smurły Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter compa... bilis Joannes olim Vespasiani Sieński Smurło sanus mente et corpore exi... publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Petro Valentino Andrea... ... Harbaszewski et ipsorum successoribus bonorum suorum immobilium haeredi... ... situm in primo loco duos sulcos a fluviolo ad graniciem Sieńczyńska ... metas eorundem Harbaszow et Jacobi Chrzanowski iacen. Item ...